



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

Periocha In Tertiam Partem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

Periocha in Iuris vniuersi Syntagma.

minorum, c. 1. agit q. vna de potestate in liberis personas generaliter prius, c. 2. & speciali nota in domesticos, c. 3. in uxorem, c. 4. in filios, c. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Hunc excipit 12. agens de potestate tutorum in pupillos: & tutelarum explicat causam, qui in sua tutela & aliena sint, c. 1. quid tutela & qualis eius auctoritas, c. 2. officium, c. 3. qui gerere tutelam possint, c. 4. qui suspecti ab ea reuocantur, c. 5. qui excusantur, c. 6. quae tutelarum species, c. 7. declarans testamentariam, c. 8. legitimam, c. 9. viramq. & parentum, c. 10. & patronorum, c. 11. & fiduciarum, c. 12. Datinam, Atilianam, & alias, modumq. dandi & confirmandi ex his legitimis tutores, c. 13. honorarios tutores & notitia causa datos, c. 14. & finem tutelarum, c. 15.

Et seriem sequitur 13. liber, agens de curatoribus diuersa speciei, c. 1. pupillorum, c. 2. minorum, c. 3. & eorum restitutione, c. 4. mente captorum, stultorum, furiosorum, c. 5. prodigorum, c. 6. ventris, c. 7. bonorum, c. 8. publicarum rerum, c. 12. & de auctoribus tutorum vel curatorum, c. 9. actionibus directis, c. 10. & contrariis tutela & cura, c. 11.

Ad potestatem in seruos incidit liber 14. Et qui sint liberi & serui natura, vel hominum constitutione docet, c. 1. Seruitutem diffinit, c. 2. quomodo fiant aut nascatur serui, demonstrat, cum causis ex quibus probata est personarum seruitus, c. 3. Iura simul & utilitates potestatis dominicae, c. 4. & quot modis soluitur illa potestas volentibus dominis, c. 5. vel inuitis, c. 6. quomodo solutione illa libertini fiant & ab ingenuis distinguantur, c. 7. qui inde patroni dicantur, & iura eorum, c. 8. & quando illa amittuntur, c. 9. & data occasione, de iure patroni, clientela agit, c. 10.

Quindecimus liber de personis Ecclesiasticis agit, de praesentia potestatis earum, c. 1. de Episcopis in vniuersum, c. 2. de summo Pontifice gentilium, Iudeorum, & Christianorum, c. 3. de cardinalibus, c. 4. patriarchis Constantinopolitano, c. 5. Alexandrino, c. 6. Antiocheno, c. 7. Hierosolymitano, c. 8. & de patriarchatu in genere, c. 9. de primatibus, c. 10. Archiepiscopis, c. 11. Episcopis in specie, & chorepiscopis, c. 12. Abbatibus, c. 13. & eorum monachis, c. 14. legibus monasticis, c. 15. causis institutionis monasteriorum, ca. 16. de que monialibus, c. 17. prioribus & praepositis, c. 18. cancellariis, c. 19. Archidiacono, c. 20. archipresbytero & decanis, c. 21. primicerio, cantore, precentore, chorodidactis, choragis, chorodectis, c. 22. praebendis canonicis vtriusque sexus, ca. 23. curionibus, c. 24. coadiutoribus, c. 25. inuitulatis, c. 26. pensionariis, c. 27. Orphanotrophis, & piorum locorum seu hospitalium praepositis, c. 28. capellanis, capellis, oratoriis, c. 29. praestimonium habentibus & obituariis, c. 30. operariis seu sacris editiuis, c. 31. de collegiatis, c. 32. de conuentibus seu societatibus sacrorum militum, vt de templariis, c. 33. cruciferis, hospitalariis ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, c. 34. & de aliis sacris militibus, c. 35. detrahentibus beneficia manualia, c. 36. de vicariis temporalibus, officiali, ca. 37. commendatario, c. 38. de officariis Ecclesiasticis, vt de thesaurariis, c. 39. economis, & vicedomino, syndico, & aliis, c. 40. de officariis ordinariis, c. 41. & sedis Apostolicae, c. 42.

Liber 16. persequitur personas sacris ordinibus inauguratas, clericos, c. 1. eorumque ordines, c. 2. ostiarios, c. 3. lectores, c. 4. exorcistas, c. 5. acolytos, c. 6. subdiaconos, diaconos, cap. 7. presbyteros seu sacerdotes gentilium Iudeorum, Christianorum, ca. 8. & qui ordinare possint, c. 9. & qui ordinari, c. 10. & de modo & forma ordinationis, c. 11.

Subinde lib. 17. beneficiorum & personarum, quae ab illis accipiunt nomen, euoluit tractationem, quid ve sit beneficium explicat, c. 2. & eorum species, ca. 3. ius patronatus ecclesiasticum, c. 4. beneficiorum erectionem, c. 5. collationem, ca. 6. & de qualitate conferentium, c. 7. de iure regaliorum, c. 8. de iure deno-

luto, c. 9. de mandatis ad beneficia & mandataris, c. 10. De modis legitimis dandi ecclesiastica beneficia, electione, collatione, postulatione, ca. 11. De confirmatione electionis, c. 12. consecratione, & benedictione, c. 13. de collatione libera, ca. 14. necessaria, c. 16. De vacatione, c. 17. per modum renuntiationis, c. 18. & per mortem, c. 19. de beneficio iuigioso, c. 20.

In lib. 18. persona potissimum publica & alia declarantur, quae ad publicam pertinent auctoritatem: principes legitimi & illegitimi, cap. 1. & 2. agitur & de populo, c. 3. & magistratibus in genere, c. 4. de priuatis, c. 5. de prophetis & uatibus, cap. 6. de philosophis, c. 7. mathematicis, c. 8. de physicis, c. 9. de iis qui speculatiuis vacant disciplinis, c. 10. de iuriconsultis, c. 11. de gerentibus publica munera, c. 12. & 16. & de honoribus municipalibus & diuersa appellatione eorum, qui ea gerant, c. 13. & 20. de decurionibus, c. 14. optionibus, c. 15. diuiniuris, c. 17. de defensoribus ciuitatis, cap. 18. de legatis, ca. 19. de artificibus, c. 21. de architectis, c. 22. de agricolis, cap. 23. pastoribus, cap. 24. medicis, cap. 25. variisq. aliis artificibus, c. 26.

Tandem in lib. 19. de personis militaribus, & iis quae ad artem militarem spectant, tractatur: & agitatur primum de militibus & paganis, deque militia duplici, c. 1. & 2. de militum distinctione, cap. 3. de sacramento militari, vt de missione, c. 4. de legibus militaribus, c. 5. de annonae, cap. 6. de veste militari, cap. 7. de hospitibus militum, cap. 8. de praediis & castris eorum, cap. 9. deque officiis & poenis, cap. 10. & circa segnitatem eorum legibus, cap. 11. vt & circa alia delicta, c. 12. de obsidibus, cap. 13. de priuilegiis & eorum negotiis, cap. 14. de castris peculio, cap. 15. deque aliis eorum priuilegiis, c. 16. & 17. de magistreria militari dignitate, c. 18. & collegiis militum, c. 19. Et sic manus imponitur extrema secunda parti, quae personas complectitur & qualitates earum.

PERIOCHA IN TERTIAM PARTEM.

**H** Xpenss rebus & personis, ea quae potuimus diligentia seorsum & separatim, restant negotiorum compositiones enucleanda in tertia hac iuris parte, quae versatur aut circa res acquirendas, aut amittendas, aut conseruandas, ex quibus non bene compositis sequuntur lites, crimina & iudicia, & media quaedam, quae ea praeparant. Primum itaque acquirendi & amittendi modis, lib. 20. ca. 1. proponimus vniuersaliter, horumque iurisdictionum praecipuos, statim c. 2. subiungimus singulari explicatione per occupationem & inuentionem c. 3. de hinc 4. captionem ab hostibus, cui accedit ius postliminii in c. 5. & c. 6. redemptionem, & c. 7. per nauitatem, & c. 8. per alluionem, in c. 9. per accessionem artificialem, quae vel iungit vel unit, vel confundit res. Sequitur 10. modus per traditionem: atque per quas personas hac acquirantur in 11. docemus, & in 12. quomodo amittantur, ostendimus.

Fit inde commode transitus, lib. 21. ad conuentiones in genere, quibus negotia pleraq. tractantur & componuntur, res quaeruntur & distrahuntur: & harum conuentionum necessitatem primum demonstramus, c. 1. quid ille sint, quae contineant, quomodo fidem praestanda admittat, 2. Quomodo obliget, quid sit obligatio, & quas species habeat, ciuiles vel naturales, honorarias, mixtas, 3. Quae res veniant in conuentione, 4. Quae persone pacisci possint legitime, 5. De formulis conueniendi in genere, 6. De conuentionum effectibus, rationibus & causis, 7. Additis & actionibus variis, in 8. Et interdictis, 9. De incrementis actionum per id quod interest, 10. aut per culpam, & de culpa, 11. Per casum fortuitum, & de casibus fortuitis, 12. Per dolum, & de dolo, 13. Per moram, & de mora, 14. Per insancionem & impensas, 15. Et postea tractamus de minutione vel sublatione obligationum & actionum, per impensarum deductionem, in

16. Per exceptiones & de exceptionibus, 17. Per solutionem, & de solutionibus, 18. Per acceptilationem, & de acceptilationibus, 19. Per nouationes, & de nouationibus communibus, 20. & que litis contestatione fiunt, 21. Per compensationem, & de compensationibus, 22. Descendimus postea ad species conuentionum, re, verbis, literis, & consensu celebratarum.

Quocirca lib. 22. singulari nomine de mutuo agimus in c. 1. ubi quid sit mutuum, & que in eo contemplanda sunt, admonemus, c. 2. Agimus & 3. de mutuo usurario, & de usuris. Item in 4. de earum extinctione & permissione. In 5. vero de mutui repetitione & eius conditione. Dehinc 6. de prebensione & carceratione debitorum. In 7. de dilationibus soluendi. Et commode in 8. de beneficio iuris, nempe de cessione bonorum. Sequitur 9. qui cedere bonis possint, & qui non. Et in 10. pro quibus debitis. Rursum in 11. de prescripta cedendi formula. Et in 12. quod cedio non porrigitur ad fideiussores. De fine precipuo cessionis 13. c. docet. Et statim 14. de rationibus cessionis inducta: & num hinc beneficio renuntari possit, 15. admonet. Annotatur & 16. alia mutui species, in debitu solutum, & de conditione eius. In 17. que ab illa excipienda sint.

Sequuntur in lib. 23. alii contractus re in ius explicati. Ut commodatum, c. 1. Precarium & precaria, 2. Depositum, & eius species sequelratio, sponso, in 3. Et repetitio depositorum, 4. Pignus anticruris, hypoth. 5. Prætorium & iudiciale pignus, 6. Testamentarium, 7. Legale seu tacitum, 8. Conuentionale, 9. Actio hypothecaria seu pignoratitia, 10. Prioritas & privilegia hypoth. 11. Et extinctio eandem, 12.

Hunc librum alius 24. sequitur. qui verborum obligationes docet: de stipulationibus, c. 1. de actionibus earum, 2. de fideiusforibus, 3. & actionibus fideiussionis contra fideiussores, 4. vel contra debitorem principalem, 5. vel contra fideiussores, 6. de constituto, 7. de duobus reis constituendis, 8. de pollicitatione, 9. de voto, 10. de nouationibus & delegationibus remissive, 11. ut de acceptilationibus & Aquiliana stipulatione, 12. Succedit admonitio de literarum obligationibus, ubi mutuum fictitium breuiter 13. c. explanatur.

Methodus postea de conuentionibus consensu in ius agi desiderat, & proinde liber 25. singularis est in emtione explicanda, quid contineat nomen eius, c. 1. quomodo finiatur, 2. quid mercatus & munditia, 3. qua res emi vendiue possunt, 4. Num res dotales veniant recte, 5. aut fructus futuri, 6. qua non sunt in commercio, 7. Temporalia ve Ecclesiasticum, 8. aut qua in titulum clericorum sunt data, 9. aliena res, 10. & qua ementis sunt, 11. Dehinc de pretio agitur requisito emtioni, 12. certo, 13. iusto, 14. Et de consensu personarum que consentiunt, & contractum emtionis peragunt, in 15. Et de laudemio que ratione venditionis præstantur, 16. De forma & pactis que emtioni accedunt, circa arrham, scripturam, additionem in diem, legem commissoriam, & alia, in 17. de natura emtionis & fine, 18. actionibus emti vendique, in 19. & de redhibitoris, 20. & redhibitione, que auctoritate fit magistratus, 21. de euictionibus, 22. refectione emtionis in genere, 23. & in specie ob vilitatem pretii, 24.

Libro vero 26. singulari tractatu, redhibitionem gentilitiam persequimur. Et agitur c. 1. in quibus locis obtineat, & in 2. pro quibus rebus: & ex quibus contractibus, in 3. & quando in redhibitione pactitia, pacto legis commissorie, vel additionis in diem ea exerceatur, in 4. Num & locum habeat in venditione nulla, 5. aut re que redit ad dominum iure commissi, 6. aut in donatis seu relictis titulo institutionis, 7. vel iure transactionis, 8. ex compensatione, acceptilatione, 9. diuisione, 10. mutuo, locatione, datis in solutum, 11. permutatis, 12. Annotamus & personas que retrahere possunt, in 13. & in specie, num retra-

bant venditoris filius, 14. aut heres, 15. & quomodo propinquitatis metienda sit retrahentium, 16. qui ex proximis nequeant retrahere, in 17. num cedi hoc ius possit, 18. & secundum quas leges retractus faciendus sit, in 19. docemus & modum seu praxim retractandi, in 20. Quid offerre debeat proximus emtori, quidve emtor proximo, in 21. quod pretium restitui emtori debeat, 22. & si nolit emtor, quomodo proximus offerre consignare debeat, 23. intra quod tempus, 24. Finis, rationes iuris redhibitionis, 25.

Sequitur 27. lib. qui reliquas conuentiones consensu in ius complectitur, & docet de locatione & conductione, c. 1. de mercede laborum, 2. & de reliquis que locationem respiciunt, 3. Subinde de societate, 4. de mandato & procuratore, 5.

Commode postea de contractibus anomalis, 28. lib. tractatur de innominatis & formulis illorum generalibus, de do vt des, c. 1. de transactione, 2. fine & rationibus eius, 3. de do vt facias, 4. facio vt des, 5. facio vt facias, 6. de donationis finitione & diuisione, 7. de reb. que donari possunt, 8. & de personis que donare, quibusve donari possint: & num filiosam, donatio a patre facta valeat, in 9. & de donatione inter coniuges celebrata, 10. Et quibus modis firmentur facta filiosam, & coniugi, 11. de que aliis personis donatariorum, 12. de forma donationis & eius insinuatione, 13. de donatione causa mortis, 14. de fine & causa donationis probande, & de actione, 15.

Accedit proxime lib. 9. de obligationibus que ex quasi contractibus, agens primum de his in genere, c. 1. postea de negotiis gestis variis vinorum & mortuorum, 2. ex tutela curate, 3. & ex administratione Reipubl. 4. vel rerum communium, 5. vel debiti soluti, 6. de obligatione vnde ad exhibendum actio, 7. vel in iusu, 8. exercitoria, & nautæ capones stabularii, & c. 9. Subiectis quibusdam legibus Rhodiensium de iactu, 10. & de aliis rebus nauiculariorum, 11. de institoria, 12. de tributoria, 13. de peculio, 14. de in rem verso, 15. & de gestione negotiorum quorum ratione quis cum defunctis quasi contrahit, 16.

Et quia delinquendo quasi contrahitur, post contractus lib. 30. transitus ad crimina, & in 1. c. docemus affinitatem contractuum & criminum, quomodo in delictis obligemur, que in his perpendenda: criminis delicti peccatiq. differentias. In 2. de causis criminum, de voluntariis & inuoluntariis generaliter. In 3. de delictis impetu commissis, aut vino, ebrietate, lasciuia, ira, amore. In 4. de casualibus & fortuitis. In 5. quemadmodum persone sint in delictis consideranda, habita ratione proportionis geometricæ vel arithmeticæ, at atus, malitia, sexus. In 6. de loco in delictis perpendendo. In 7. de temporis peristasi. In 8. de equalitate vel inequalitate, & qualitate delictorum. In 9. de quantitate. In 10. de ignorantia & errore delinquentium. Postea in 11. ad modos delinquendi & distinctionem accedimus criminum. Et docentur quatuor forme generales fere delinquendi, re, verbis, literis, consensu: que priuata & publica crimina: capitalia, non capitalia, mortalia, ventalia, priuilegiata, communia, regia & non regia.

Atq. absoluta de criminibus in genere tractatione, sequitur in 31. lib. generalis quoque panarum discussio. Et in c. pena synonyma explicantur. In 2. distinguuntur pænæ ex triplici ratione generali panarum imponendarum. In 3. distinctiones minus generales, civilium & criminalium, capitalium & non capitalium pecuniariorum. In 4. c. diuinas ab humanis pænâs separamus, & nû in successores transeant, docetur. Cap. 5. duas pænâs diuinas, mortis & partus liberorum indicat. Sextum, de pænâ exsilii & peregrinationis tractat 7. tenuitatis & abstinentie a cibis, 8. de excommunicatione, aqueq. & ignis interdictione. Et in 9. de maiori excommunicatione seu anathemate & deuotione, & quomodo excommunicatio fieri & solui debeat. In 10. de pænâ Talionis agitur. In 11. de verberibus. In 12. de redargutione &

reprehensione, & comminatione. In 13. de plagis quibusdam diuinis, per animalia, & de maiore. In 14. de pena mortis, corporalis & spiritalis in genere. In 15. est combustionis & fumigationis pena. In 16. de capitis & aliorum membrorum, ut manuum amputatione, oculorum priuatione, oris obturatione, pedum, aurium, narium, crurium fractione. In 17. de suspensionis & crucis supplicio. In 18. de lapidatione & iaculorum confusione. In 19. de precipitatione & submersione. In 20. de obtentione ferarum. In 21. de pestis flagello & vinctura. In 22. de belli supplicio, & quale iustum dicatur. In 23. de fame, & eius vindicta acerbissima. In 24. de excoriatione. In 25. de sectione & phthyriasi. In 26. de absorbtione a terra, & sepultura videntium, 27. alia ponuntur supplicia mortis, veneni, culei, disceptationis, tabis, maestationis, seruitutis, priuationis, sepulture. In 28. agitur de pena diuina alterius seculi & mortis aeterna. Et explicatis penis que videtur auctoritate habuisse a iure diuino: explicamus in 29. penas, que videntur peculiare in iure Pontificio, ut in famiam. In 30. de positionem & degradationem. In 31. de publicatione bonorum, & de confiscatione ordinaria & extraordinaria, & que confiscantur. In 23. de detractione in monasterium, & 33. de carceri perpetuo & temporali, de carcerum varietate, & iure. Succedunt illis pena ciuiles in 34. & ille distinguuntur. Et 35. agitur de iniustione stigmatum. In 36. de damnatione in metallum, & qui damnari non possint ea pena. In c. 37. per satyram penarum varia genera explicantur, ut priuatio studiorum, memoria damnatio, canis delatio, xylagoion. In 38. de carnificibus & lictoribus, veluti de penarum administris.

Et quia pena non infliguntur, nisi prius de delicto constet & delincente, statim adiungimus in lib. 32. in cap. 1. de criminum disquisitione facienda. Et in 2. media quibus deteguntur crimina docemus, per accusationem, quid quotuplexve ea sit, c. 3. de monitione. In 4. de delatione & delatoribus. In 5. de exceptione criminum. In 6. de querela seu inquisitione. In 7. de accusatione solemnibus & libello & partibus eius: que adhuc in c. 8. habent explicationem de nomine accusantium & iudicis apponendo. Et in c. 9. quis sit iudex criminum commissorum in via publica legitimus, aperitur. Et 10. num magistratus municipales possint de crimine cognoscere. In 11. de subscriptione libelli accusationis. In 12. qui accusare non possint ob delictum. In 13. qui non ob sexum. In 14. qui non ob aetatem. In 15. qui non quando ob magistratum. In 16. qui non ob statum conditionem. In 17. qui non ob reuerentiam. Et in 18. qui non ob alias causas. In 19. qui accusari possint. Et subinde in 20. de accusatorum traditur delictis, ut de calumniatoribus, & eorum malitia & pena. In 21. de prauaricatione & eius pena. 22. De tergiversatione, & eius pena. In 23. de abolitione criminum, quid ea sit, & quid etiam restitutio, indulgentia, quotuplex abolitio, & que specialis & generalis. Et 24. iudicia criminalia & ciuilia in pluribus differre, demonstramus id ipsum prosequitur, c. 25. & 26. Sed 27. docemus de penarum impositione. Et 28. de earundem seu suppliciorum executione, Et 29. de cadaveribus punitorum.

Subinde patefactis, que generaliter ad crimina fere omnia pertinere possunt, ad singularium tractationem criminum deducimus methodum. Et liber 33. succedit, ubi de crimine diuine immunitatis agimus. Docetq. primum caput, quid maiestas, quod quotuplex, quid crimen lese maiestatis. In 4. de crimine diuine maiestatis, & de hereticis tractatio incipit, quis hereticus dicatur, 5. diuersa hereticorum secta indicantur, 6. a quibus indicentur, docet. 7. Que iudices in illis puniendis debeant obseruare, 8. de penis illis ipsis diuis & mortuis infligendis, 9. de cautionibus contra hereticos. Et inde 10. ad alia crimina maiestatis diuine peruenitur. Et in 11. de schismaticis & penis eorum. In 12. de blasphemis & eorum penis. In 13. de si-

moniacis, & Biezitis, & horum penis, 14. de sacrilegiis, & que propemodum sacrilegia sunt, quod prosequitur, c. 15. 16. & 17. in venditoribus falsarum indulgentiarum, in catus illicitos facientibus, & res Ecclesia occupantibus. Et 18. pena quasi sacrilegii datur, c. 19. eadem prosequitur in quasi sacrilegio peculatus, ubi quale crimen sit, & de pena eius. Et 20. de lege Iulia de residuis, que peculatus instar est. Et 21. de sacrilegio violationis asylorum, deque asylis, & eorum immunitate, 22. tamen caput docet, quibus non prodest ius asyli. Cap. vero 23. alia species sacrilegii tractatur, de violatione sepulcrorum, ubi de sepulcris & pena violatorum.

In lib. 34. alia species criminis maiestatis diuinae traditur, sortilegii & maleficii. Et c. 1. docemus de nomine magorum, maleficorum, & sortilegorum. In 2. de distinctione maleficarum ariuum & insuper, ut per pharmaca maleficia inferantur, 3. de duplici arte magica diuinarice, & scelerum vel miraculorum effectrice, quid diuiniatio, & quot species diuinationum, 4. de praeuentionibus permissis, 5. de sortibus, & que sortes & quando non sint prohibita, & de iudiciis per sortes, 6. de quibusdam aliis diuinandi variis modis. Et 7. de generali diuinandi prohibitione. Ostenditur & 8. cur aliquando diuino, vere diuinare Deus permittat. Caput 9. explicat de magia mirabilium rerum & scelerum effectrice, & num sortiarie vel lamiae sint, 10. de victoriis per incantationes obtentis, 11. De incantationibus mutantibus homines in animalia, & que ledunt res, vel homines per imagines, vel alia, 12. De incantationibus amatoriis, figuris, & imaginibus ad amorem, 13. de elementorum per magos turbatione. In 14. autem docemus exempla gentium in puniendis huiusmodi hominibus maleficis & sortilegis & incantatoribus, 15. de pena diuinorum, 16. de prestigii mirabilibus horum hominum, & eorum metamorphosi, & de pena illorum. 17. De his qui incantationibus curant morbos, & de eorum penis, 18. De magicis ad bonum quando finem, vindicandis. In 19. de spectris, & de pena spectra immittentium, 20. De lamis strigibus, & earum penis. Et tandem de mirabilibus pluribus relatis. In 21. scribimus vnde, & quando vis incantationibus tributa est. In 22. de remediis veneficorum & incantationum ex antiquorum obseruationibus. Supernaturalibus, naturalibus & vanis.

Et hoc modo absolutis speciebus criminis lese diuinae maiestatis recipiunt proxime explicationem crimina lese vel immunitatis maiestatis humane. Atque in lib. 35. & in c. 1. consideramus generaliter naturam huius criminis, & de perduellione, hoste, de pena reorum agitur, tam illis imposta quam uxoribus, liberis, amicis & ciuitatibus ipsis. In 2. perpendimus perfonas accusatorum & reorum, & iudicium in hoc crimine, 3. De coniurantibus aduersus alios quam reges. In 4. quando legati offenduntur vel necantur, & de legatione, 5. De prodicionis crimine, & quomodo committatur & puniatur, 6. de seditione & pena eius, 7. De aliis humane maiestatis lese criminibus, 8. De maledicentibus principi, 9. De his qui aggeres Nili frangunt, quos voluerunt maiestatis crimine teneri Caesares.

Libro 36. publica per tractamus crimina, que accedunt grauitati precedentium maiestatis. Et in 1. c. de falsi crimine quod & aliquando crimen continet maiestatis, & docemus quid sit, quando puniatur, & in quibus, & de falsis ponderibus & mensuris. In 2. de falsa moneta, de modis quibus adulteratur & penis. Et 3. de falso interueniente aliis in rebus, vel dicto vel facto commissio, & de eius pena, 4. De falso mutationis nominis vel cognominis, & de attestacionibus falsis, 5. De falso in scriptura commissio, & de penis falsariorum codicillorum, seu literarum regis, vel summi Pontificis. Subinde c. 6. de adulterio, suppositione partus, & de pena adulterio statuta legibus & moribus nationum. Explicat autem 7. penas adulterii mixti cum aliis criminibus,

Periocha in Iuris vniuersi Syntagma.

criminibus, vt sicum incestus fiat, 8. De raptu & pœna eius, 9. De supro puerorum, virginum, viduarum, 10. De prapostera libidine, 11. De lenocinio & scortatione, 12. De praludis qua ducunt ad scortationem puniendis, 13. De capitulis aliis quibusdam, que ad legis Iulie de adulteriis tractationem pertinent, 14. De abominanda cum brutis commixtione, aliisq. coeundi turpissimis modis vetitis. Sicq. explicatis penis eorum, qui sua persona vel aliorum abutuntur, contra qua natura flauerit, trasimus ad eorum pœna, qui & alios vita priuant. Et c. 15. de homicidiis, & eorum agimus penis diuersis, ex variis illorum circumstantiis. Et 16. de proximo homicidio crimine, videlicet de castratione. Vt cap. 17. de causis aliis ad crimen legis Corneliae de scariis accedentibus, 18. De veneficiis & penis veneficorum, 19. De alio capite Corneliae legis de scariis, de incendiariis voluntariis & inuoluntariis, & penis eorum. Vt 20. de homicidiis inuoluntariis puniendis, vel absoluentis, vel excusandis, vel expiandis. Et 21. agitur de circumstantiis, ex quibus homicidia vel excusantur, vel mitius puniuntur, 22. De iis qui sibi manus inferunt, 23. De speciebus quibusdam homicidii, 24. de parricidii pœna. Et quia homicidium vix fit sine vi, id eo subiungimus explicationem, 25. de vi vtraque publica, & priuata, humana & diuina, proba & improba, impulsua, inquietatiua, expulsua, ablatiua, 26. de offensua, 27. autem de corruptis iudicibus, qui vim certe irreparabilem videntur inferre subditis, & de lege Iulia repetundarum, & pœna eius legis, 29. De ambitu, & de venditione & emitione magistratum. Item quia annonæ cura ad magistratus pertinet, ne vis inferatur populo, de criminibus circa annonam commissis & emendandis agimus, in cap. 30. & 31. de Plagiariorum crimine.

Subinde libro 37. priuata quedam delicta prosequimur, in cap. 1. furti naturam, finitionem, species, actiones, & pœnas in genere docemus. In 2. pœnas extraordinarias. Sed latius postea secundum res furta perpendimus, cap. 3. Si furtum nauticarum rerum sit. In 4. si rusticarum, 5. si animalium, 6. si arborum, 7. si frugum, 8. si tigni, 9. si expilata hereditas. Et in 10. perpendimus personas, & in personis, 11. crimen rerum amotarum, 12. Fures domesticos, 13. addimus locorum perpendendas in furto circumstantias. Et 14. aliarum rerum peristases, 15. de receptatoribus.

Et explanatis furtis, propter iniuriarum cum furto affinitatem, & quia iniuriarum tractatio, priuatorum delictorum capita plura continet, lib. 38. de iniuriis agimus & de contumeliis. Et in 1. quidem cap. quid sit, & an iure Christianorum sit vindicanda iniuria, 2. Quando iniuria fieri dicatur, de mente & facto iniuriantis. In 3. que in iudicio eius perpenduntur, de rebus, personis, & modis illationis: que atrox sit, vel non, 4. de specie frequenti iniuria, que Caruarium dicitur. Postque reales ad verbales, cap. 5. fit transitus, iniurias. Et 6. ad eas que scripto fiunt, 7. de iniuriarum abolitione agitur. In 8. de vindicta iniurie, que fit per ius clarigationis seu repressaliorum, 9. de alia iniuria que ex lege Aquilia nascitur & emendatur, 10. de serui & filii corrupti iniuria, 11. de noxalibus actionibus, 12. Si quadrupes pauperiem fecerit, de que eius emendatione.

Et ita percurrimus delicta insigniora priuata vsque ad lib. 39. vbi priuata quedam extraordinaria delicta indicamus, primum per Sazyram, c. 1. At in 2. agitur de ludo, in genere bonum a malo separando. In 3. de aleæ lusu prohibito, & punitione, 4. de ludis permissis, 5. de spectaculis, 6. de crimine otii, eiuque iudicio, 7. de iis qui popinas frequentant, 8. de ebrietate, que vt plerumque ex popinis, & de ebriorum delictis vindicandis, 9. de venatione hominum prohibita, 10. de venatione fe-

rarum interdita, 11. de laruis & personis prohibitis, 12. de decoctibus honorum, 13. de pœna termini moti, & finium reconditorum questione, 14. de crimine stellionatus. Et 15. de mendacio.

Atque hæc in tertia parte istius Syntagmatis, profecti sumus modos & negotia acquisitionis per contractus iuris gentium, & ciuiles, per quasi contractus, & per delicta, que contractibus accedunt, vt secundum ordinem propositum ad modum alium acquirendi vel conseruandi vel amittendi res peruenit sit, ad vsucapionem videlicet. Et idcirco de negotiis vsucapionum tractat lib. 40. in 1. cap. quid vsucapio & eius distinctionem. In 2. que vsucapiuntur, vel non, 3. Que persona vsucapere possint, 4. de possessione vsucapioni requisita, 5. de tempore eius, 6. de eiusdem temporis initio, medio, fine & interruptione, 7. de titulo, 8. de bona fide, 9. de persona in ea considerandis, 10. de effectibus & vi vsucapionis, 11. de rationibus, cur ea introducta sit. Sicque 40. hoc libro imposuimus finem negotiis, que solent inter viuētes, & de his que ad viuētes pertinent, pertractari. Quibus expeditis putauimus legitimum sequi ordinem si ageremus de negotiis que a morituris tractarentur, vel que ad morituros pertinerent. Et ita successionebus postremo perueniremus ad vltima negotia, iudiciorum videlicet, que & de rebus viuorum & mortuorum habent cognitionem & definitionem.

Igitur lib. 41. de successionebus conuentionalibus instituta tractatione, i. e. in vniuersum de successione & hereditate agimus. In 2. de hereditate, vel bonis aduenientibus ex donatione causa mortis, 3. de ea que pacto defertur, 4. de pacto de futura successione viuētis improbato. Et 5. antinomie ea de re dissoluuntur. In 6. vero de pacto succedendi inter patrem & filium, 7. de pacto matrimonii quibus filius nasciturus instituitur, 8. de pacto de conseruanda hereditate, 9. de pacto de succedendo in iure quaesito, 10. de pacto non succedendo a filio filiaue patri facto, 11. de filia renuntiatione dote accepta, bonis paternis & maternis. Quodque explicatur latius sequentiibus capitibus, vt 12. quando dicatur dote contenta, 13. quibus renuntiatio recte fit, 14. si dolo metuue fiat, 15. de iuramento in ea interueniente, 16. si superuiuat filia renuntians patri quid statuendum sit, docet 17. de calibus, in quibus filia non obstante renuntiatione, succedit, 18. de successione deferenda per epistolam agit.

Porro in lib. 42. testamentariam successione aggreddimur, & 1. cap. admonemus cur testamentariam successione interstiti successione praposuimus, 2. qui testamentum, 3. que diuissio eius, & indicamus que species antiqua & vstrata solemniter nuncupatiui, & militaris sint, atque postea separatim in 4. de solemniter. In 5. de nuncupatiuo. In 6. de militari. Et postea, 7. qui testari possunt, 8. de qualitate eorum, 9. de requisitis testamentis. Et quia inter requisita dicimus esse precipuas institutiones, de illis quoque tractamus inibi. Et cap. 10. de institutionibus secundorum heredum quas dicimus substitutiones, & de gradibus earum. In cap. 11. de membris seu speciebus earum in genere, & subinde c. 12. in specie de vulgari & eius casibus, addendo in 13. de prerogatiua eius supra transmissarium, & 14. contra fiscum, 15. contra patrem vel dominum instituti repudiantis, & 16. de eius effectū, & quando alias contineat substitutiones. Sequitur proxime, cap. 17. de pupillari indagatio, de finitio, diuissio, & 18. in quibus bonis fiat, 19. Num hæc excludat ascendentes proximos pupilli, 20. Quis substituatur pupillari. Et 21. in qua forma substituatur, 22. quibusue & in qua atate substitui hoc modo possit, 23. effectus rationesque eius. Et quia ad exemplum pupillorum alius substituatur, de exemplari substitutione annectimus tractationem in cap. 24. Et docemus

Periocha in Iuris vniuersi Syntagma.

qualis ea sit substitutio, & a quibus, quibus, & qua forma fiat. In 25. agimus de militari. In 26. de compendioſa. In 27. de breuiloqua ſeu reciproca. In 28. de fideicommiſſaria. In 29. quibus fideicommiſſum relinqui poſſit. In 30. quomodo exſpiret fideicommiſſum. In 31. quomodo inde quarta Trebellianica deducatur, & qualis illa ſit quarta bonorum pars. Et hæc generaliter, generalia teſtamentorum capita reſpiciunt: poſt qua perueniunt ad ſpecialia. Et in cap. 32. agimus de donationibus ſeu legatis teſtamentariis. In 33. quibus ſiant & preſentur, & quomodo & qua effectum ſortiantur. Et in 34. conſequenter de lege Falcidia, qua ex illis deducitur, quid ea ſit, & quando deducatur, & c. Expedito autem calculo de modis generalis & particularis inſtitutionis, tractatur in 35. qui inſtitui heredes poſſant. In 36. ſunt & rationes teſtamentaria voluntatis. Ita concluditur liber 42.

Et mox in 43. lib. antequam ex cauſa teſtamentaria ad inſtati ſucceſſionem tranſeamus, aperimus quædam, qua media ſunt inter vtramque cauſam. Et in 1. cap. explicamus codicillos. In 2. in genere bonorum poſſeſſiones & ſpecies. In 3. de ea que eſt ſecundum tabulas, & in 4. que contra. In 5. de delatis ab inſtato.

Hinc ſequitur accommode liber 44. quo via ſternitur ad materiam inſtati. Et in cap. 1. traditur, quibus ex cauſis tranſeat teſtamenti cauſa in cauſam inſtati, datur exemplum in 2. in præteritione filiorum, de qua agimus. In 3. de exheredatione, vnde naſcitur inofficioſi querela, de qua ſtatim in 4. Ex qua conſequitur filius legitimam bonorum paternorum vel parentum partem, ideo de ea in cap. 5. Et ſin. 6. cap. breuiter alias cauſas quibus corrumpit teſtamenti ſucceſſio, indicamus.

Quocirca deſtructa ſucceſſione teſtamenti, cum ab inſtato ſuo edatur, de ea ſucceſſione agimus lib. 45. Primumque in genere in cap. 1. deinde in 2. de ſucceſſione deſcendentium, quam in 3. diſcutimus latius, in ſucceſſione primogenitorum. Et in 4. mores in ſucceſſione filiorum & filiarum gentium aperimus. Et in 5. de ſucceſſione filiorum legitimorum tantum. In 6. naturalium & ſpuriarum. In 7. legitimorum, 8. nepotum, 9. aſcendentium, 10. de ſucceſſione huius rationibus. Atq; cum ii deficient, quomodo alii ſuccedere debeant collaterales proximi, in 11. tractatur. Et in 12. quomodo remotiores. In 13. quomodo & illi alio iure alibi quam Romano ſuccedant, 14. de ſucceſſione coniugum, iis deficientibus. Et 15. quando alii perſonis hereditates inſtatorum deferantur, ex variis cauſis, collegii, hoſpitii, & c.

Quibus conſideratis non ibi ſiſtendum eſſe vſus nos docet: ſed poſtquam alicui competere ius ſuccedendi apparet, agendum eſt de acquirenda hereditate, vel de ea dimittenda: quare incipit liber 46. qui id nos docere poſſit: ratioque eius libelli in cap. 1. habetur. In 2. ius deliberandi explicatur, & cretionis hereditatis forma, & tranſmiſſiones. In 3. conſectio inuentarii, & eius beneficium. Et poſtea in 4. de aditione. Et in 5. de eius effectum, & rationibus. In 6. de repudiatione, 7. de petitione hereditatis, 8. de collatione & contributione qua inter ſuccedentes fit, 9. vero de modis quibus quis a ſibi delata vel queſita hereditate excluditur. Ex quibus paratur pinguior hereditas ceteris cohæredibus, prout coniuncti ſunt vel diſiuncti: quare in 10. agimus de coniunctione & diſiunctione. Et in 11. de iure accreſcendi, & non decreſcendi inter coniunctos, & prælatione eorum.

Tandem veluti iam appuſſi portum, poſt luſtratas & explicatas ſingulas res & perſonas, & poſt conſiderationem negotiorum in genere & ſpecie incipit iudiciorum tractatio, lib. 47. Que a nobis ſuis regulis componuntur & concluduntur vſque

ad 50. & vltimum Syntagmatis librum, vt per hæc iudicia quid iuſtum & iniuſtum ſit, & quomodo res, perſona, & negotia ſint cuique pro ſuo iure conſeruanda, liqueat. Quocirca in 1. cap. libr. 47. explicamus obiter, quomodo iudicia neceſſaria ſunt, & diuino & humano iure ſini comprobata, & rationes eorum. In 2. nominis enucleantur acceptiones. In 3. definitio datur iudicii. In 4. diuiſio generalis, & in 5. ex ratione cauſarum: vbi plures alie adferuntur partitiones iudiciorum. In 6. quomodo ordinaria & extraordinaria iudicia dicuntur. In 7. de rebus que in iudicium deducuntur breuis ſit enarratio. Vt in 8. de perſonis, quas in ipſis iudiciis contemplamur principio. Et ideo in cap. 9. indicamus, qui natura iudicari prohibentur. In 10. qui lege. In 11. qui moribus. Et quia aliunde etiam iudicia limitatam habent poteſtatem ratione dignitatis vel auctoritatis iudicib. conſeſſe, ideo diſſicilem, ſed valde vtilem inſtituimus de magiſtratum diuerſa auctoritate, tum apud Romanos, tum apud alias nationes tractatum. Quocirca in 12. ca. aduenimus generaliter, inde primam eſſe diſcutiendam queſtionem iudicii. In 13. de imperio in vniuerſum. In 14. de gladii iure. In 15. de conſulium Romanorum auctoritate. In 16. de patribus, & cenſoribus, & eorum iudiciis. In 17. de dictatoris poteſtate. In 18. de magiſtro equitum. In 19. de decemviratu & triumuiratu ſummo, 20. de monarchia imperio. In 21. diſtinguuntur poſt principatus, magiſtratus & indices ratione imperii & iuriſdictionis. Et 22. de iudiciis agitur in genere. In 23. de equitum ſeu iudicum decuriis & claſſibus. In 24. de centumviris, 25. de ſenatoribus Romanorum. Et 26. aliarum gentium. In 27. de Gallicanis parlamentis, 28. de conſilio prætorio, ſeu magno vel aulico. In 29. de cancellario magno Gallia, 30. de prætoribus & præfectis prætorio, 31. de Aedilibus, 32. de prouincialibus aliis magiſtratibus, eorumque poteſtate. 33. de rectoribus prouinciarum in Gallia, toparchis, ſenarchis, baiulis, & de ceteris. 34. de Tribunis pleb. 35. de præfecto urbi, 36. de aliis magiſtratibus per ſatyram diuerſarum gentium, & Gallia, 37. de iudicibus mercatorum, & 38. ararum Gallici, 39. de arbitris & compromiſſariis. Quibus ſubiicimus nationem officiorum eorum qui illis adminiſtrant & inferunt. Vt cap. 40. apparitorum, viatorum, accenſorum, ſatellitum, & c. Et in cap. 41. Scribarum & amanuenſum. Et in cap. 42. de notariis & tabulariorum publicorum perſonis, vbi ea omnia que ad notarii munus & inſtrumenti publici fidem pertinent, annotantur.

Ceterum vbi iam abſoluimus res & perſonas iudiciorum percenſere, peruenimus ad ordinem iudiciorum in libro 48. Et primum de ordine illo generaliter agimus. Subinde in cap. 2. de citatione, & de iis que ad illam pertinent. Et quando vocatus non comparet, de eius contumacia in 3. Et ſi compareat vterque litigantium, quomodo in 4. ſatisfacere debeant, docemus. Et 5. quomodo & qua forma libellus vel petitio concipitur. Et 6. de conteſtatione, 7. vero de iuramento calumnie quod præcedit probationes faciendas, pro quibus dantur dilationes, vt pro aliis iudicialibus actibus. Ideo explicamus dilationes in 8. Et probationes in genere in 9. Et in ſpecie ſequentibus, vt in 10. de probationibus que ſunt per aſpectum, monumentorum inſcriptiones, perque notoria. Poſtea in cap. 11. per præſumptions & ſuſpiciones. In 12. per indiua diuinitus vel humanitus apparentia, aut per torturam, & in ea factam confeſſionem. In 13. per teſtes. In 14. per inſtrumenta. In 15. per purgationem vulgarem & canonicam. In 16. per duellum ſeu monomachiam. Quibus explicitis, earumque ſubſtantia declarata de conſuſione litis ſeu in cauſa, agitur in 17. Et cum ea etiam concluditur liber 48.

At vero vbi inſtructam & apparatus cauſam reddidimus in-

Periocha in Iuris vniuersi Syntagma.

mus iudicalem, oportuit ad partes iudicium peruenire. Et idcirco necessaria rerum consequentia libro 49. Et in cap. 1. instruitur iudex, cuius solius partes sunt in iudicando post conclusionem, quomodo perpendere debeat negotium conclusum, habita ratione litigantium: & quem actorem, quem reum dicere debeat. Et num illi sue sint iurisdictionis. Et in 2. num poterint agere, vel conueniri. Et in 3. si cum recusauerint, num iussu reuocationis legitima sint, quemve ibi ordinem seruare debeat. In 4. num qui agunt vel defendunt vel nomine alieno admitti debeant & habeant mandatum legitimum, & de procuratore ad lites que obseruare debeat, monetur: ut in 5. que in iudicio & in actore considerata sint. Et in 6. de aduocatis priuatorum negotiorum. In 7. de aduocatis & rationalibus fisci.

Et illis veluti praeludis recte se habentibus, constituto optimo statu causae, annectitur liber 50. & postremus, qui de sententia & modo sententiam dicendi, & de iuramenti religione & appellationibus, & executionibus tractandis indicantem informat. Et proinde in 1. cap. sententiarum interlocutoriarum & definitiuarum substantia docetur, & formula ad sententiam perueniendi, & exsequendi easdem, & retractandi si opus sit. In 2. vero de appellationibus, earumque causis, formulis, Apostolis, desertionibus, reuocationibus, & attentatis. Quia vero nulla est pars iudiciorum, que non egeat aliqua specie iuramenti, & quia iurifurandi religio omnibus fere negotiis

humanis vim & robur addit: tandem post omnium negotiorum pertractationem, istius tertie Syntagmatis iuris ultimam sedem de iuramento tractatio accepit. Et ideo in 3. cap. de eo agitur in genere, & de necessitate iuramenti. In 4. de eius finitione, & diuisione, & de quibusdam eius speciebus, nempe de temerario, & promissorio seu assertorio. In 5. de eo quod contractus & actus confirmat, & quomodo illud accedat efficaciter. In 6. de aliis iuramentis que maxime ad lites decidendas vel minuendas pertinent, ut iustior & facilius sit iudici definitio & prolatio sententiae, & de voluntario & necessario. Admonemus autem in 7. de quibus iuret, & qui iurare possunt vel agi possunt. In 8. quomodo iuratum olim, & nunc iurandum sit, prolatio antiquorum formulis quibusdam & conceptionibus iuramenti. In cap. vero 9. de viribus dicitur iuramenti. In 10. de periurio, panis, eius diuinitus & a gentibus ei impositis. Ut in 11. de aliis panis, que iure positio, civilis, & Pontificio fuerunt adiecta. Postremo, cap. 12. quomodo periurii pena euitari possit, per interpretationem, absolutionem, nullitatem & remissionem iuramenti.

Et ita cum Deo pe & beneficio exactum est opus are perennius, & a rebus & personis ad negotia & finem series, gratia Dei peruenit, cui omnis honor & gloria.

Veritas Domini manet in æternum.

))(( 2